



Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

3. Dies Januarii. Principium quantitate est minimum, potestate maximum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

3. DIES JANUARII.

Principium quantitate est minimum , potestate maximum. *Arist. Elench. 2.*

Ut nova facias, multum dependet à principio.

I. Anni vix nati adhuc sunt incunabula , lucescentis tantum est crepusculum , ori-
entis principium. Hic igitur stan-
in anni exordio , si quid habes ingenii , si quid indu-
striæ , id totum impende , & expende , ne patiaris ir-
reparabile dispendium , si negligas anni principium.
Hujus te moneat , & ad cautelam moveat illa hujus
diei TESSERA , ex lyceo deprompta : *Principium quan-*
titate est minimum: potestate maximum. Hic tibi pro-
pone duo sibi opposita. Minimum , maximum. Cave
minimi facias principium , quia minimum : Quid
quid enim inde sequitur , seu damnum , seu lucrum,
est maximum. Bonum enim cuiuslibet rei principi-
um , optimi finis est augurium. Qui porro male in-
cipit , pessime desinet. In anni exordio , temporis fe-
riæ , sunt secuturi per annum temporis , velut exe-
quiæ. Perdes cuncta ; si sis cunctator.

II. Error in principio parvus , progressu fit ma-
gnus , in fine maximus. Primum duarum viarum di-
vortium , spacio licet est minimum ; vix enim uno di-
stant gradu : ad sensim protractum , desinet in maxi-
mum intervallum. Hæ enim geminæ viæ , quæ vix bi-
nis distabant palmis , jam distant plus quam sexcen-

tis

tis leucis. Quantus error, ex quintillá origine! attende. Nullum est momentum temporis, cuius præmium non sit infiniti ponderis, & negliges hujus temporis principium; ab hujus anni exordio, velut à puncto linea, sequitur (a) *Series longissima rerum*, ac temporum: videlicet 12. menses, 52. hebdomadas, 365. dies, 8. millia horarum & 760. tanti temporis successus, dependet à temporis principio. Et quia hic annus fors tibi erit postremus, ab ejus principio fors penderet tua salus. Quamobrem si sapias, imò ut sapias audi monitum, & sequere consilium. (b) *Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare.* Imò quidquid potes, facere reminiscendo memoria, cogitando intellectus, cupiendo voluntas, quidquid possunt facere. Quinque in corpore sensus, & singula corporis membra, hoc totum, totis, & corporis, & animi facultatibus, omnibus, & naturæ & gratiæ viribus aggredere, & non oscitanter, sed instanter operare in hujus anni principio. Quia quod seris ineunte Januario, metes exeunte Decembri.

III. Ut porro quod oportet facere, citò facias: præbit Pastor prius ovium, Rector dein hominum, David. Is cùm audiret velut ex alto resonare Dei classicum ad castra sua evocantis: cum sentiret se totum Divino repleri afflatu, à cælesti instinctu ad novum, atque excelsius vitæ genus cieri: statuit mox aliam ordiri vitæ telam. Sed quando? an post annum? hoc nimis erat serum? post mensem? adhuc citius; post diem? & illud videbatur

A 4

len-

(a) *Virg. i. Aeneid.* (b) *Eccles. 9. 10.*

lentum; post horam igitur? vel hora nimis erit longa mora. Quando ergo? Audi loquentem, sequere praeseuntem (*a*) *Dixi: nunc capi.* Non differam in crastinum, non in sequentem Horam, non ad momentum temporis; sed hoc loco, hoc momento, nullâ interpositâ temporis mora; denique non paulò post, incipiam, sed *nunc capi.* Tale sit & tuum decretum. Nunc cum est dies salutis, nunc cum faciet tempus, quod est acceprabile, ætas quæ floret, valetudo quæ est integra, dum Cœlum promissum mihi in prænium: Hodie non incipiam, nec cras, sed jam *nunc capi.*

Per multum cras, cras, tandem dilabitur ætas.

4. DIES JANUARII.

Ordo est, Quem si tenuerimus in vitâ, perducet ad Deum, quem nisi tenuerimus in vita, non perveniemus ad Deum. *Aug. l. 1. de ord. c. 9.*

In omnibus I.
servandus
Ordo.

Rerum principium tenere in rerum successibus principatum, fuit hesternæ Telsferæ argumentum. Sed ne in principio devies ab eo qui est principium, sit tibi princeps labor servare ordinem. Nee enim qui venisti à Deo, pervenies ad Deum, nisi beneficio ordinis. Ut hunc serves, quid sit ordo observes. (*b*) *Ordo est dispositio plurium tribuens unicuique quod suum est.* Graviter necesse est tibi

(*a*) *Psal. 76.11.* (*b*) *Gerson T.4. de fine termmor.*